Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



tatis et pannosis humilibus autem dat gratiam et habentibus a
liquam substantiam huius seculi et non habentibus. Lectio. iiij.
Interior aspector est deus ibi appendit ibi examinat.
Stateram dei non uides cogitatio tua in illam leuatur
Videte quia meritum exauditionis sue. id est quo exaudire
tur in eo posuit ut diceret quam egenus et inops ego sum.
Obserua. ne non sis egenus et inops. Nam si non fueris
non exaudieris. ad bn. ant. Ego non ab homine testi
monium accipio sed hec dico ut uos salui sitis. Collecta
Deuocionem populi tui quesumus domine benignus
intende. ut qui per abstinentiam macerantur in
corpore per fructum boni operis reficiantur in mente. R. ad mag
ant. Opera que ego facio testimonium perhibent de me quia pater me
Purifica quesumus domine tuorum corda. Collecta. Emisit.
fidelium ut a terrena cupiditate mundati et presentis
uite periculis exuantur et perpetua donatione firmentur.
O homo considera. feria sexta. lectio prima. R. do.
quid est circa te. uel in te. unde possis presumere a
bite a te. Tota presumptio tua deus sit illius indigens es
to ut ipso implearis. Quicquid enim habueris aliud sine ipso
laceris inanis es. lectio secunda. Custodi animam
meam quoniam sanctus sum. Hoc uero quoniam sanctus sum nescio u
trum potuit alius dicere. nisi ille qui sine peccato fuit in
hoc mundo. peccatorum omnium non commissor. sed dimissor. Agnosci
mus uocem dicentis. quoniam ego sanctus sum. custodi animam
meam. utique in illa forma serui quam acceperat ibi enim caro ibi
Non ut aliqui dixerunt lectio tercia. Et anima.
caro illi sola erat et uerbum. Et caro et anima
et uerbum et totum hoc unus filius dei. unus christus. unus sal